

Legimus utiq; audetum illos veritatis coelestis
 nuncios, Apostolos, ad hanc ipsam temporis mensuram - Act. XX. 16.
 Festum celebrasse Pentecostes. Accedit: quod
 hodiernum ab ipsa coeli, sine macula decora, di-
 vine luce perfusa, in Sione collocata filia, Ec-
 clesia Festum hoc ad eandem dierum celebretur
 mensuram. Quemadmodum nimirum in ipso Pente-
 costes Testamento memoria legis Divinae, in monte Sinai
 promulgata, magno recolebatur a Judaeis
 studio: ita & a Christianis idem Festum ob miseri-
 cordiam S. S. eoque die visibiliter factam, studiose ob-
 servari meruit. Accedit: quod & ea fini institu-
 tum Festum Pentecostes habeatur: ut in eo quotan-
 nis beneficia misericordiae S. S. recordemur: utpote qui
 non legem terribili voce edidit, sed gratiam et placi-
 dam venti specie Evangelium per orbem univer-
 sum divulgavit, dono quidem linguarum & ministe-
 rii Evangelii adhibito. Exhibuit utiq; sese S. S.
 per sonum flatus vehementis: ut significaret, se
 per sonum s. vocem Evangelii in Ministerio verbi
 efficacem futurum, se moturum & in ^{corda} consursum ho-
 minum esse: ut verbo crederent, & per fidem salu-
 tem & justitiam sempiternam consequerentur. Quis
 iam non initio statim Comparationis nostrae vi-
 det, paritatem hanc numeri, quae in diebus & an-
 nis consistit Typi certitudinem, praeter rationum